



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 64. Alia opinio Antonii Marinari de eodem articulo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul. XVI.
A.C. 1546.

§. LXIV.

Alia opinio Antonii Marinari de eodem articulo.

Aliam adhuc sententiam proposuit Antonius Marinarus, ita differens: *A Traditionum mentione omnino absinendum censeo, atque in hac materia ad decisionem primi articuli prius constituendum, utrum quæstio facti sit, an juris, id est, utrum Doctrina Christiana duabus constet partibus, una, quæ divina voluntate fuit scripta, altera, quæ eadem voluntate vetita est scribi, viva tantum voce docenda: an vero universo doctrinæ corpori per accidens evenerit, ut quæ tota fuerit publicitus prædicata, ejusdem aliqua pars scripto consignata non fuerit: Est enim exploratissimum, Majestatem divinam, cum veteris Testamenti legem promulgaret, existimasse necessarium, eam scripto tradi. eoque suo digito Decalogum tabulis lapideis inscripsisse, atque jussisse, ut in scrinium ex fædere reponerentur, quod inde dictum Arca Fœderis. Præcepit etiam Moysi non semel, ut in libro mandata scriberet, eorumque exemplar juxta scrinium asservaretur, ac Regi unum daretur, quod assidue evolveret. At in Lege Evangelica non idem obtinuit, quam Dei Filius cordibus inscripsit, ut ad eam neque tabulis, neque arca, nec libro opus sit, imo Ecclesia*

fuit

fuit perfectissima, priusquam SS. Aposto- Sæcul. XVI.
 lorum ullus scripsisset, neque Ecclesia Chri- A.C. 1546.
 sti perfectione ulla caruisset, etiamsi nihil
 unquam scripto fuisset mandatum. Verum
 et si Christus novi Testamenti Doctrinam cor-
 dibus insculpscerit, non vetuit tamen, ne scri-
 pto traderetur. Quod autem in falsis qui-
 busdam Religionikus sanctum est, quarum
 mysteria neque propalare, neque scriptis pro-
 dere fas, sed voce tantum tradere, itaque
 certissimum est id, quod Apostoli scripse-
 runt, & ore tenus edixerunt, pari esse au-
 thoritate, quorum utrumque ejusdem Spir-
 tus sancti insinatu fit. Is vero Spiritus,
 qui Apostolis adfuit, quique eos in scribenda
 & prædicanda veritate direxit, non potest
 dici, vetuisse eos, ne scriberent, ut doctri-
 nam tanquam mysteriosam legerent: Unde
 duo genera articulorum fidei non sunt distin-
 guenda, quorum alii scripto evulgari, alii
 sola voce communicari jussi sumus. Adde-
 bat insuper, si quis contrarian opinionem
 tueretur, duas ei maximas difficultates su-
 perandas: unam in differentia inter verbum
 scriptum, & non scriptum explicanda; al-
 teram in declarando, quomodo Apostolorum
 Successores illud scripto mandarint, quod a
 Deo scribi vetitum fuerit. Deinde non mi-
 nus arduum erit atque difficile, alteram op-
 pinionem tueri, scilicet per accidens factum es-
 se, ut quædam singularia scripto non sint
 commissa: quandoquidem illud valde deroga-

Hh 3 tu-

Sæcul. XVI. turum sit providentiae divinæ, in Apostoli
A.C. 1546. ad Evangelii doctrinam componendam diri-
gendas. Concludebat itaque hunc in
modum: *Magis periculum est materiam*
hanc pertractare, quam inter Scyllam &
Charybdim navigare, longeque satius estimi-
tari Patres, qui hunc locum tanquam scopu-
lum semper præterveisti, eum nunquam atti-
gerunt, nisi premente necessitate, sic tamen,
ut inter Traditiones, & Verbum Dei scri-
ptum articulum comparationis nunquam for-
marint. Neque ad eam quæstionem in pra-
sens determinandam ulla adducitur necessitat,
quando Lutherani, utcunque alio se quam Scri-
ptura judice convincendos negent, formaliter
tamen de hoc articulo controversiam nullam
instituerint.

§. LXV.

Hæc sententia a Cardinale Polo
vehementer impugnata.

Verum hæc opinio nemini probabatur,
præcipue vero Cardinalis Polus ad-
versus eam vehementius insurgens hæc
effatus est: *Hæc sententia dignior esset Col-*
loquio Germaniæ, quam Ecclesiæ Concilio
universalis: hic enim sincera veritas solum
contemplanda est: illic rerum Conciliatio po-
tissimum spectatur, cum veritatis etiam præ-
judicio: ad Ecclesiam autem conservandam
omnino est necessarium, ut Lutherani aut u-
niversam Ecclesiæ Romanæ Doctrinam ad-
mit-